



ligitur ex capit. nuper. de sentent. Excom. Quia vero ad ejusmodi interdium tollendum necessaria est jurisdictione in foro externo...

SECTIO IV.

De Irregularitate, & ceteris Pœnis Ecclesiasticis.

Haec de Censuris Ecclesiasticis tractavimus, tam in generali, quam in speciali; nunc de Irregularitate, & ceteris pœnis Canonicis agendum est.

QUÆSTIO I.

De Irregularitatis Essentia, Divisione, Causa, & Subjecto.

SUMMARIUM.

- 153 Quid sit Irregularitas quoad nomen, & quoad rem?
154 Quales effectus habeat Irregularitas?
155 Irregularitas est duplex: ex defectu, & ex delicto...

ASSERTIO I.

Irregularitas est inhabilitas Jure Canonico introducta, directè impediens Ordinum suspensionem...

S. I. Irregularitatis Essentia, & Effectus.

Irregularitas est nomen abstractum ab hoc crimine concreto: irregulare, quod significat extra Regulam, sicut Regulare significat secundum Regulam.

sent. excomm. in 6. & quidem irregularitas est introducta Jure Canonico Pontificio, & scripto; nam iuxta receptam DD.

Sequitur I. Irregularitatis primum, & præcipuum effectum esse, impedire Ordinum suspensionem, & suscepcionem...

S. II. Irregularitas ex Defectu, & ex Delicto.

Irregularitas non aliter dividitur, & multiplicatur, quam ex causa, ob quam fertur; unde altera est, quæ contrahitur ex Delicto...

S. III. Causa, ob quem fertur Irregularitas

Subinde est defectus naturalis, v. g. defectus ætatis, corporis, animæ &c. Subinde moralis, verb. gr. defectus perfectæ lenitatis, famæ &c.

S. IV. Subjectum irregularitatis

Se omnino homo capax Ordinis, & subditus Juri communi. Ratio est: quia irregularitas est quædam privatio, seu impedimentum ad recipiendos Ordines...

Ita DD. communiter. Quando autem Scotus 4. d. 33. q. 2. videtur docere, Bigamum etiam ante baptismum esse irregularem...

Resp. I. Quia juxta dicta s. precedenti ad incurrendam irregularitatem ex delicto, requiritur peccatum mortale, idè omnia, quæ excusant opus delicti à culpa mortali...

QUÆSTIO II.

Quot, & quibus modis tollatur Irregularitas.

SUMMARIUM.

- 159 Irregularitas tollitur quatuor modis, & quidem primò per Baptismum;
160 Secundò Irregularitas ex defectu naturalium tollitur per Professionem Religiosam;
161 Tertio tollitur Irregularitas ex defectu proveniens ablatione seu remotione cause, & Dispensatione legitima.
162 Quarò tollitur Irregularitas per Dispensationem legitimam.

ASSERTIO II.

Irregularitas quatuor modis tolli potest, nimirum susceptione Baptismi, Professione Religiosa, ablatione seu remotione cause, & Dispensatione legitima.

S. I. Irregularitas tollitur susceptione Baptismi.

PER Baptismum itaque tollitur quævis irregularitas ex delicto proveniens, vel proprie loquendo per baptismum fit,